



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad
Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,
Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon
Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,
apprimè utile ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1706

Alterius relationis ejusdem Abbatissæ Form. XII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62406)

17. Poterit tamen, & debebit in Vifitatione recognoscere, an ferventur conditiones præscriptæ, vel potius vigeant abusus, de quibus supra mentionem feci, & de omnibus Sac. Congregationem instruatam reddere: animadvertendo, quod si reperiretur alicubi introducta aliqua puella educationis gratia absque licentia Sac. Congregationis, Superior, aut Episcopus, qui id permiserit, esset incurfus excommunicationem, prout Sac. Congreg. monuit Archiepiscopum Pragensem 9. Aug. 1594. qui hoc attentaverat.

Iosottoscritta havendo sotto questo giorno convocato il Capitolo delle Monache di questo Monastero nel luogo solito, e proposto loro le istanze delle Zitelle N. N. & N. N. che desiderano d'essere ammesse per Monache corali nel luogo numerario vacante per morte di Suor N. & essendosi considerati i loro requisiti, è stata accettata Capitolarmente con voti segreti la Zitella N. havendo ottenuto voti favorevoli..... contrarii..... & esclusa la Zitella N. con voti contrarii..... favorevoli..... così riferisco, & attesto con mio giuramento questo dì.....

N. Abbadesa del Monastero N. mano propria.

Loco ✱ Sigilli.

ADNOTATIONES.

1 **NEL LUOGO NUMERARIO.** Si enim adsint plures puellæ; sive educandæ, sive extra Monasterium, quæ insent admitti ad habitum Religionis in loco numerariæ Monialis defunctæ: vel sibi concedi nominationem, & locum, quem fortè Moniales vigore alicujus legati concedere, & distribuere debent; tunc unam, vel plures admittere spectat ad Moniales liberè, & Episcopus præter voluntatis explorationem nil aliud facit, ut respondit Sac. Congr. Episcop. in Placentina 6. Febr. & in Hieracen. 8. Maii 1615.

2. Verum est tamen, quod Moniales locum concedere debent illi puellæ, quæ tunc, tempore realis, & veræ vacationis, ætate idonea sit, & cæteras qualitates requisitas habeat, aliàs promissio, & acceptatio irrita, & nulla est, prout statuit Sac. Congr. Decreto generali, quod

Alterius relationis Abbatissæ.

FORMULA XII.

SUMMARIUM.

- 1 Acceptatio puellarum ad habitum Religionis pertinet liberè ad Moniales.
- 2 Moniales locum numerarium concedere debent puellæ, quæ ætate idonea sit, & cæteras qualitates requisitas habeat, aliàs acceptatio nulla est.

per extensum refert Quarant. in Sum. Bullar. verb. Monasteria Monialium vers. final. & novissimè declaravit in Camerin. 10. Junii 1701. favore puellæ Cimorellæ, ad exclusionem puellæ Hippolytæ Ludovici de Juvenibus Terræ Matelicæ, non habentis requisita, Monialibus Sanctissimæ Annunciationis, & partibus ejusdem loci informantibus.

Licentiæ Renunciationis faciendæ.

FORMULA XIII.

SUMMARIUM.

- 2 Pro validitate Renunciationis Novitiæ non exigitur presentia, sed Episcopi, seu Vicarii Generalis licentia.
- 2 Renunciatio bonorum Novitiæ non de-